Ad l. Mæuia 13. in pr. D. de annuis leg. p. 1.

QVÆ Rerum nouitas? cur ingens theatrum hoc miscellanea turba completur? cur Academia omnis imo vniuersus populus certatim accurrens Caueæ huius conseptum nimia celeritate, densitate nimia compleuit? cur tãtorum virorum cœtus est factus? num præsens lux theatralibus designata ludis? vbi arenarij? gladiatores vbi? num per annua reuerticula tali die solemni ritu Academia numen tutelare suum solita est propiciare? aras non intueor, nec immolandæ prospiciuntur victimæ: num insula doctorali coronatur quisquam? desunt doctoralia indumenta, num è præceptoribus vnum acerba morte interemptum patrio ritu lachrymatur Academia? abest cœnotaphium, absunt funalia accensa, crebra crispatione trementia, nec tristis cymbalorum exauditur sonitus. Quæ ergo rerum nouitas? quem tam insignem Apollinem, quem Coturnatum Mercurium, visuri, auscultaturi confluxistis? quid consona taciturnitas vestra exquirit? & quid vos arrectis auribus, intentis oculis circumsedentes spectatis? proh dolor, proh dolor, si bene audita recordor, immaturo raptus est interitu, acerba morte interemptus, Primarius iuris Romanorum interpres Salmantinus vere Primarius— O ACADEMIA SCIENTIARVM PRINCEPS,

Doct. Marcus Diaz, Primarius obijt, die 23. Ianuarij.

Questubus astra reple, reboent tua questubus antra,
Tristiaq; incompto carmine funde modo.
Plorent Aonides raptum sibi funere patrem,
Quo nullus toto clarior orbe fuit.
Abijciant Cytharas, vigilataquè carmina rumpant,
Carmina dilecto non recitanda patri.
O pia ter, patriæ decus, ò lux aurea gentis,
O spes Pyerij lapsa repente chori!
Læta per æquoreas cursum, cum carperet vndas
In medio mersa est nostra carina mari,
Concidit Aonidis nostri spes maxima cantus,
Quæquè domo steterat, nostra columna ruit.
Et MARCVM, & LEGES claudit sub marmore tellus:
Conduntur simul, quæ periere simul.

Academia tanto spoliata parente, tanto orbata præceptore, quo gloriabatur, iactabatur alumno, atra contecta veste, lacerata comas, doluit altum, largoque humectans flumine vultum, multa gemuit, in squallore, & luctu iacuit; sed nonne vltimo iã defletus est præceptor? nonne æterno VALE conclamatus obdormit? cur iterum confluxistis? Romanos olim post humationem cadaueris chariores, & proximiores, qui superfuerant defuncto dimicare interse, & ante sepulchra digladiari solitos testatur *Tertullianus, lib. singulari de spectaculis*, qui mos ex ea opinatione natus perhibetur, autumarunt enim prisci defunctorum manes humano sanguine fuso propiciari. Vnde à funere in certamen itum, qui ritus, & apud nos hac tempestate penè receptus videtur, vix enim à funere præceptoris recessimus, quando certamina subire cogimur, de primaria Academiæ sede concertamus, de primatu Antecessorum digladiamur, & super diuidendis (quæ superfuerunt præceptoris nostri) spolijs belligeramur, chariores, proximiores, qui superfumus defuncto; huius ergo singularis certaminis, acerrimive duelli spectatores adestis. En gladiator ego, en arenator ego, in prælia cinctus, sed conterritus (fateor) insperato rerum euentu, & ingentibus conspectus vestri fulgori-

goribus, non ſecus, ac ille, qui iniecta ſomni nebula, in profunda quiete ſepultus, nocte media tonitruo ſubito, quando *magnum percurrunt murmura cælum*, expergitus repēte, pauore nimio contremiſcēs velit in Tartara mitti, vt celetur, & non ſecus, ac ille, qui expergitus repente fulgentis ſolis luſtratur radijs, quos caligantibus, & cæcutientibus oculis nequit ſuſtinere, ſed admotis ad oculos manibus tegit orbes, ne videat: ita ego tonitruo ſubito pugnæ conterritus, fulgoribus veſtris obcæcatus velim in Tartara mitti: ne videar, & admotis ad oculos manibus præ nimio fulgore veſtro comprimo lumina, ne videam: parcite ergo conterrito, & cæcutienti: lachrymis intus obortis, in genua veſtra prouolutus, porrectis in preces manibus. Opem precor antequam ordiar.

Et vos ô iuuenes vigili date præmia veſtro,
Proquè tot annorum curis, quos anxius egi,
Hunc titulum meritis penſandum reddite noſtris,
Iam labor optato in fine eſt, curſumquè peregi.

DEDIT Academica ſors (vtinam fœlix. Vtinam fauſta) interpretandum celebre, & obſcurum, I.C. Scæuolæ Reſponſum, quod extat, *in l. Mæuia, 13. in principio, D. de annuis legatis*, in cuius enucleatione certos mihi præfinio terminos, certos conſtituo cancellos, quos non egrediar, non tranſiliam, Primò litterã I.C. fideli referã memoria, ſpeciem facti fingam, & vtraque dubitationis, & deciſionis aſsignata ratione, breui paraphraſi luſtrabo litteram, vt facilius pateat omnibus, & ſtatim ab initio materiam, circa quam noſter futurus ſit ſermo, percipiatis, Secundò diuiſa noſtri text. littera in tres principes, & potiſsimas partes, è ſingulis, ſingulas eliciam aſſertiones, quibus tota cõtinebitur diſputatio, quarum prima erit de conditione, quæ pro impleta habetur, ſi per eum nõ ſteterit, qui debet adimplere, ſed per eũ, cuius intereſt non adimpleri, ſecunda erit de conditione, quæ non habetur pro impleta, quando caſu fortuito nequit adimpleri, tertia erit de conditione, quæ nõ impletur culpa ipſius, qui debet adimplere.

Quibus ita cognitis pro faciliori aditu, pergamus ad litteram, Audite iam I. C. Scæuolam, lib. 18. Digeſtorum, *in noſtra l. Mæuia. 13. ita loquentem.*

Mæuia nepotem ex Mæuio puberem hæredem inſtituit & Lucio Titio ita legauit: (Lucio Titio viro bono, cuius obſequio gratias ago, dari volo annuos, quandiu viuat, aureos decem, ſi rebus nepotis mei interueniat, omnemq; adminiſtrationem rerum nepotis mei ad ſolicitudinem ſuam reuocauerit) quæro, cum Lucius Titius aliquo tempore Mæuij negotia geßerit, & per eum non ſtet, quominus gerat: Publius autem Mæuius nollet eum adminiſtrare, an fideicommißum præſtari debeat?

beat? Respondi, si non propter fraudem, aliamve quã iustam causam improbandæ operæ causa remotus esset â negotijs, quæ administrare secundum defuncti voluntatem vellet, percepturum legatum.

Hæc sunt verba â capite vsque ad calcem. Species autem facti ita figuratur, Mæuia testatrix hærede instituto Publio Mæuio ex filio nepote, annuos decem aureos per fideicommissum reliquit, quandiu viueret, sub conditione, si nepotis sui negotijs interueniret, omnemque administrationem negotiorum ad solicitudinem suam reuocaret, quo legato magis ad curam administrationis inuitare voluit. Mortua Mæuia Lucius Titius aliquo tempore (puta per biennium) paruit conditioni, idest Publij Meuij nepotis negotia gessit, & ipse nepos, pro administratione quotannis annuum legatum persoluit; sed postea opera, & administratione eius amplius vti nolens, prohibuit administrare, (forte vt cessante administratione annuum legatum non solueret) Cessauit itaque Lucius Titius in administrando, idest, in parendo conditioni, propter prohibitionem, paratus tamen administrare, cum per eum nõ staret quominus adimpleretur administrationis conditio. Petebatque decem aureos annuos eo quoque tempore, quo non administrauerat. Quærebatur, an eo tempore, quo administrare cessauerat propter prohibitionem Publij Mæuij lucraretur salarium, seu annuũ legatum? Respondit Scæuola, ei deberi, ac si administrasset, quia per eum nõ stetit quominus ea negotia gerat, & quod conditio administrationis habetur pro impleta.

Factum.

In qua iuris disceptatione pro vtroq; tã scilicet pro hærede, quã pro Lucio Titio administratore ratio iuris subnixa principijs apparuit, hæres enim pro eo tẽpore, quo non administrauit Lucius Titius nihil ei deberi asserebat, ex eo quod testatrix annuum legatum reliquit ei sub ea cõditione, si administrauerit, quod colligitur ex ipsius testatricis verbis, ibi, *si rebus nepotis mei interueniat omnemq́, administrationem rerum nepotis mei ad solicitudinem suam reuocauerit*, quæ verba expresse continent conditionem, verbum enim illud. *Si*, quo vsa est testatrix denotatiuũ est conditionis, *l. aliquando. 107. D. de condit, & demonstrat. l. si Titio. 22. in principio, D. quando dies legat. cedat, l. demonstratio. 17. §. at si conditionaliter, D. de condit. & demonst. §. sed si conditionaliter instit. de legatis.* & conditione non impleta legata conditionalia non deberi exploratum esse probat, *l. legata. 41. D. de conditio. & demonstrat. l. 5. §. sed si sub conditione. 2. D. quando dies legati cedat, l. vnica. §. sin autem, C. de caducis toll.* ex quibus, tempore, quo ab administratione cessauerat Lucius Titius, eum salarium, seu annuum legatum consequi nõ posse probabat hæres. Lucius Titius vero sibi deberi legatũ eo quoque tẽpore affirmabat, quia cum in conditionibus primum locum voluntas defuncti obtineat, ea que regat conditiones, & secũdum eam interpretentur, *l. in conditionibus. 19. in principio, D. de condit. & demonstrat.* & ea fuerit voluntas testatricis, vt quandiu ipse viueret consequeretur decem aureos annuos. *Si administraret*, quo legato eum inuitare voluit ad administrationem, & cœperit administrare, & paratus sit prosequi, parens voluntati defunctæ, & adimplens conditionem. Et non sit quid imputetur ei, cum nulla iusta causa improbandæ eius ope-

Ratio dubitãdi pro hærede.

Ratio decidendi pro administratore.

operæ remoueatur, nec stet per eũ quominus administret, sed per hæredem, qui impedit, non debet priuari legato, *quia iniquum esset eum, cũ sit inculpatus emolumento fideicommissi carere*, vt inquit Modestinus, *in l. Titia.34. §. si ea.4. de leg. 2.* pœna enim apponi non debet, nisi vbi est, & culpa, *l. aliud est fraus. 131. D. de verb. signif. l. sancimus, C. de pœnis.*

Decisio. Vtraq; inspecta ratione. Respõdet I. C. Scæuola, percepturum legatũ Lucium Titium, qui secundum voluntatẽ defunctæ administrare voluit, cum nulla iusta causa eius imprebetur opera ab hærede, sed tantum ne prætextu administrationis percipiat salarium annuum, seu legatum. Victus ergo proponitur nobis hæres, victor administrator.

Cognita facti specie, cognita etiã vtraq; ratione, tã dubitationis, quã decisionis perueniamus ad paraphrasim, quã quæ inter nebulas hucusque apparuit littera, fugatis nubibus adinstar meridiani iubaris fulgebit in perpetuum.

Paraphrasis. Pro litteræ paraphrasi volãti perstringo penicillo, quæ scitu digna iudico, cõditionum, sub quibus morientium dispositiones fieri solent, vel contractus iniri, tres sunt species, *potestatiua, casualis, mixta,* quas recensuit Iustinian. *in l. vni. §. fin autẽ. 7. C. de caduc. toll.* POTESTATIVA EST, cuius implemẽtũ ita facile est, vt pendeat solum à potestate, & voluntate eius, in quem confertur, & quia in potestate eius est adimplere absque eo quod aliquid, amplius exigatur, potestatiua nuncupatur: qualis est conditio dandi minimam quãtitatem, vel quid faciendi quod facile fieri possit, *l. suus. 4. §. puto, l. Cornelius. 69. l. iam dubitari. 86. D. de hæred. instit. vbi cõmuniter DD. l. verba hæc. 12. D. de cond. instit.* CASVALIS EST, quæ ex futuro pendet euentu à viribus scilicet, & accidentia fortunæ qualis est, si nauis ex Asia venerit, si Titius consul factus fuerit, si quid simile contigerit, vel accide rit, *l. 2. §. si subconditione, D. de bonorũ poßeß. secund. tab.* MIXTA est quæ, ex vtraque conflata est, & vtriusque sapiẽs naturã, pendet enim ex volũtate, & casu, *d. l. suus. 4. §. puto. l. si pater filium. 4. C. de institut. & substitut.* qualis est, si quis hæres inscribatur, vel quid ei legetur, sub conditione, si in Romam venerit, quia quamuis parum distet à Roma, multis casibus non voluntarijs, sed fortuitis euenire potest, vt eã implere nequeat, forte hyemis detentus tempestatibus, vel vi fluminis prohibitus, siue pons solutus sit, siue nauigium nõ stet, siue aduersa cõflictetur vale tudine, *d. l. suus. 4. §. puto, D. de hered. inst. d. l. si pater filium. 4. C. de institut. & subst. optimus textus, in l. 2. §. si quis iudicio. 3. cum seqq. D. si quis cautionibus*, vel si cui legetur sub conditione, si Seiam duxerit vxorem, quia huius cõditionis implementum nõ tam pendet ex voluntate legatarij, quam ex vtriusque voluntate, mixta appellatur, *l. 5. §. item si qua. 5. versic. sed & si ita, D. quando dies legati cedat,* quas conditionum species explicant, & exemplis declarant post antiquos Gomezius, *1. tomo variar. resolut. c. 12. num. 60.* Sarmiento. *lib. 2. selectarum, c. 2. à num. 10. cum seqq.* Duarenus, *ad tit. de condition. institutionum, cap. 6.* Cuiacius, Petrus Gilkenius, Donellus, *in l. 1. C. de instit. & substitut.* Gifanius, *in l. si pater. 4. C. eodem, in principio,* Ludouicus Molina Theologus, *tomo. 1. de iustitia, & iure, tractatu. 2. disputat. 206. à nu. 11. cum seqq.*

Quibus conditionum speciebus cognitis, sciendum est, nostram disputationem futuram esse de conditione MIXTA, non verò de potestatiua, aut casuali. Administratio enim non solum pendet à voluntate Lucij Titij, sed à volũtate, & permissũ hæredis.

Quibus ita præmissis cõclusio, seu dogma principale, quod ex prima nostri

nostri text. parte desumitur discutiendum tale est.

Conclusio. 1.

Conditio mixta pro impleta habetur, si per eum, qui debet adimplere, nō steterit, quominus impleatur, sed per eum, cuius interest non adimpleri.

Confirmant nostri text. decisionem, *l. 3. l. si quis testamento. 11. l. vter ex fratribus. 23. in fine, l. qui ex fratribus. 24. D. de condition. instit. l. si fundum. 92. §. Iulianus, D. de leg. 1. l. si quis ita. 8. l. Titius 14. l. iure Ciuili. 24. l. in testamento. 31. l. quibus diebus 40. in principio, l. Iulianus. 45. l. hæres statuliberum. 66. in fine. l. cum pupillus. 78. l. Iulius Paulus 81. §. finali, l. pater Seuerinam. 101. §. finali. D. de condit. & demonstrat. l. in omnibus causis 39. l. in iure Ciuili. 161. D. de reg. iur. l. 5. §. item si qua conditio. D. quādo dies legati cedat, l. 3. §. non solum autem. 10. l. si hæreditas 28. D. de statu liberis, l. qui quatuor. 30. §. vxori. 5. D. de leg. 3. l. Titia. 34. §. si ea conditione. 4. D. de leg. 2. l. Labeo. 50. D. de contrah. empt. l. sed addes 19. §. cum quidam, & §. finali (qui in vulgatis Codicibus est, l. diem functo. 20.) l. qui operas 38. D. locati, l. 4. D. de officio aßessorum, l. in illa stipulatione. 50. §. finali l. in executione. 85. §. finali, D. de verb. obl. l. 1. C. de inst. & substitut. l. 1. C. de ijs, quæ sub modo legat. vel fideicommiß. relinquuntur, l. 3. §. finali. D. de conditione causa data, causa non sequuta. Vlpianus in fragmentis, ti. 2. de statu liber. §. si per hæredem. Quibus consonat de iure Canonico text. in c. imputari. 41. & in c. cum non stat. 60. de reg. iuris. in 6. Et de septempartito iure Regio, l. 14. tit. 4. de las condiciones que se ponen en los testamentos par. 6. explicant, & exornant præter ordinarios iuris Ciuilis interpretes, in nostra l. Mauia. 13. & in dictis iuribus, & præcipue in d. l. 1. C. de institut. & substitut. Emanuel Costa, lib. 2. selectarum, c. 4. à nu. 8. & lib. 2. selectarum, cap. 11. & in §. & quid si tantum. 5. par. num. 25. & in & l. cum tale legatum. 72. §. si arbitratu. D. de condition. & demonstr. limitat. 6. per totum. Benedictus Pinelus, lib. 2. selectarum, ca. 5. Iacobus Cuiacius in commentarijs ad tit. D. de annuis legatis, in l. Seio. 10. D. eodem, & tractatu. 2. ad Africanum, in l. in testamento. 31. D. de condition. & demonstr. & lib. 55. Digestorum Iuliani, in l. iure Ciuili. 24. D. eodem, & lib. 14. obseruationum cap. 2. & lib. 17. obseruationum, ca. 22. & in Commentarijs ad tit. D. de reg. iuris. in l. in omnibus 39. D. eodem, & ad libros Codicis ad l. 1. C. de institu. & substitut. Duarenus ad tit. de condition. instit. cap. 6. tit. quo tempore conditio impleatur,* Donellus, *lib. 8. comm. cap. 34. & ibi. Oßualdus, Hilligerus in notatis. Idem Donellus, ad libros Codicis, in l. 1. C. de institut. & substitut. Hothomanus lib. 5. obser. cap. 8. Menochius de præsumptionibus, lib. 4. præsumpt. 183. nu. 40. & 41. Mantica de coniecturis vltimarum volunt. lib. 11. titulo. 18 à nu. 37. Ludouicus Molina Theologus, tomo. 1. de iustitia, & iure tractatu. 2. disp. 206. & 207. Petrus Gilchenius ad l. 1. C. de inst. & substitut. Petrus Faber in l. in omnibus 39. D. de reg. iuris. Petrus PecKius, in c. imputari. 41. & in c. cum non stat. 61. de reg. iuris, in 6. Gaspar Baeça de decima tutori præstanda, cap. 11. per totum. Ioannes Gutierrez de tutelis. 3. parte c. 13. Sarmiento, lib. 2. selectarum, cap. 2. à nu. 10. & lib. 8. in l. si quis Titio. 17. de leg. 2. à nu. 4. Gregorius Lopez, in d. l. 14. tit. 4. par. 6. Alphonsus de Azeuedo, in l. 10. tit. 16. lib. 2. recopilationis à nu. 2. cum seqq. Spino cum pluribus in Speculo testamentorum glossa. 14. à nu. 2. cum seqq. Felinus, in c. cum sit generale. 3. de foro competenti.* Claudat agmen vnus pro cunctis doctißimus *Thomas Sanchez Societatis Iesu Presbyter, Vir nunquam satis*

B pro

pro virtute, pro litteratura laudatus, lib. 1. de matrimonio, disp. 33.

Sed aduersus dogma nostrum tot iuribus roboratum, tot Doctorum fulcro munitum. tot se offerunt obiectiones, *Quot folia, aut flores in vere virescunt, aut quam multa in sylvis autumni frigore primo lapsa cadunt folia:* è quibus, quæ validiores sunt, proponemus, & quibus quasi fortiori *ariete* nostra cõtunditur dispositio, & in primis cum Barto. in præsenti (ab antiquis enim iuris interpretibus ordiendum duxi, vt fas est) oppono de text. in *l. Seio. 10. D. hoc tit.* vbi administrator pro tẽpore, quo non administrauerat integrum salarium, seu annuum legatum non consequitur, quamuis per eum nõ steterit quominus administret. Cuius legis species ita figuratur, à Cuiacio in Commentarijs, *ad titu. D. de annuis legatis. ibidem.* Titia cum tres filios puberes haberet, masculos duos, feminam vnam, omnibus æquis partibus scriptis hæredibus, Seio (negotiorum suorum fidelissimo procuratori, & administratori, cuius fidem, & curam longo iam tẽpore experta fuerat, cum vellet etiam post mortem suam eodem modo, pari scilicet cura, & diligentia, filiorum suorum negotia geri.) legauit annuos senos aureos, & præterea habitationem, qua etiam tunc tempore testamenti benè volente Titia vtebatur Seius, sub ea conditione, si rebus filiorum interueniret, per hæc verba, *Seio amico meo fidelißimo, si voluerit, sicut meis negotijs interueniebat, eodem modo filiorum meorum interuenire, annuos senos aureos, & habitationem, qua vtitur, præstari volo.* Mortua Titia, Seius aliquo tempore (fingamus anni vnius spatio) omnium filiorum negotia gessit, sed postea duo filij vita decesserunt, extraneis heredibus institutis, atque ita duę hæreditatis portiones ad extraneos transmissæ sunt, non ad sororem. Quæ fratribus superstes fuit, ex quo factum est, vt tunc Seius tantum administret negotia pro parte hæreditaria filiæ superstitis, non vero pro partibus filiorum defunctorum, quæ ad extraneos peruenerunt. Petebat Seius integros senos aureos, quia per eum non stetit, quominus administraret, paratus enim semper aderat interesse negotijs filiorum: è contrario verò ei obijciebatur, quod nec aureum vnum consequi poterat, quia annuũ legatum ei relictum fuit, *sub conditione, si filiorum negotia gereret,* quæ conditio non adimpleta tunc temporis erat, sed defecta, non enim filiorum negotia gerebat, sed filiæ duntaxat: tùm etiam quia conditio per partes adimpleri non potest, *l. qui duobus 23. l. cui fundus. 56. D. de cõdit. & demonst.* Quærebatur etiam vtrum minuto labore Seij, cui nũc tantum incumbit onus administrandi negotia, quæ ad filiam pertinẽt, pro eius hæreditaria portione, idest, pro triente minuatur etiam annuum certorum nummorum legatum, quòd Seio relictum est, intuitu laboris, quem sustineret in administrandis negotijs omnium filiorum testatricis? An verò integrum legatũ, idest, annui seni quotannis Seio deberentur?

In qua dubitatione respõdit Papi. *lib. 8. Responsorũ,* nõ deberi Seio quotannis integrum legatum, idest, senos aureos: sed pro parte tantum hæreditaria superstitis filiæ, idest, binos aureos. Quia vt labor Seij diuisionem recepit, ita & pecunia diuisionem recipere debet, & sicut minutus fuit labor, minui debet, & legatum: quam speciem, & dubitationem, decisionem, & rationẽ, comprehendit Papinian. paucis illis verbis, *non ideò minus annua Seio pro parte hæreditaria viuentis filiæ deberi placuit, quod ex tribus filijs Titiæ, duo, alijs hæredibus institutis vita decesserunt, cum tam labor, quàm pecunia diuisionem reciperent.* En ergo legem

Primo obstat l. Seio. 10. D. de annuis leg.

Conclusio. 1.

ex diametro pugnantem cum nostra *l. Mæuia*, nam in vtraque annuũ legatum relictum est, sub conditione administrationis, in vtraque per legatarium non stetit quominus administraret, at in nostra *l. Mæuia* consequitur salarium, pro eo quoque tempore, quo non interfuit rebus, & *in d. l. Seio* non consequitur. Et ratio, quæ ibi traditur, *quia scilicet labor minuitur*, etiam tradi potest, in nostra *l.* nullum enim laborem sustinuit Lucius Titius tempore, quo prohibitus fuit ab hærede administrare, & nihilominus consequitur legatum.

Cõciliatio Bartoli. Cui difficultati respondet *Barto. in præsenti num.* 1. docens casus vtriusque, *l.* distinguendos fore, vt ad pacem, & concordiam reducantur discordantia iura, nam *in d. l. Seio.* 10. impeditus est Seius administrare propter casum, idest, propter mortem filiorum, at vero in nostra *l. Mæuia* prohibetur Lucius Titius ab ipso hærede, in cuius persona debet adimpleri cõditio, & ideò hæc conditio pro impleta habetur, & lucratur salarium, seu mercedem annuam, ibi non cõsequitur, quia non alicuius prohibitio, sed mors impedimento fuit, quominus administraret.

Reÿcitur. Manes Bartoli non vos solicito, largiter errastis (pace vestra dixerim) conciliatio enim aducta sustineri non potest. Huius enim solutionis intercludit diuerticulũ sequens consideratio, ex ea enim sequeretur, quod quoties, quid annuum alicui relinquitur, sub conditione singulis annis adimplenda, si propter mortẽ eius, in cuius persona debet adimpleri, impediatur legatarius adimplere, non consequeretur, quoad viueret mercedẽ annuam, seu legatum; quod est falsum. Contrarium enim pluribus iuris locis sancitum inuenitur. *l. annua.* 20. *in principio, D. de annuis legat.* vbi filius quidam matre hærede instituta, libertis suis annua alimẽta, idest, cibaria, atque vestiaria sub ea conditione legauit, *si morentur cum matre mea*, mortua matre quæsitum fuit, an conditio illa morandi cum matre, pro impleta habeatur, adhoc vt consequantur etiã post mortem quotannis dicta alimẽta? Respondet I. C. deberi: habetur ergo pro impleta cõditio, quia per eos non stetit, quominus cum matre testatoris morarentur, sed per fatum humanæ conditionis, & quamuis fato impediantur, nihilominus consequuntur, quod eis annuatim relictum fuit, idem *in l. Stichum.* 20. *§. finali, D. de alimen. & cibar. legat*, vbi annua cibariorum nomine legata à matre relicta libertis sub conditione, *morandi cum filio*, etiam post mortem filij præstantur idẽ *in l. Gaio.* 13. *§.* 1. *D. eod. de alim. & cibar. leg. l.* 1. *C. de legat.* quæ iura apertè infirmant conciliationem Bart.

Cum quibus iuribus, & si pugnare videatur, *text. in leg. illis libertis.* 84. *in fine, D. de condit. & demonst.* vbi alimenta, quæ libertis in mẽses singulos à parẽte relicta sunt, sub conditione, *si cum filio morati fuerint*, mortuo filio non debentur. Cõcordia tamen petenda est, ex consilio, & animo, quo alimenta relicta sunt. Nam si contemplatione libertorũ relinquantur, morte filij, non extinguũtur, si verò cõtemplatione filij, eo extincto, extinguũtur: quod discrimen deprehenditur, *ex d. l. illis libertis* 84. *prope finem*, ita docent Cuiacius, *lib.* 14. *Respons.* Pauli, *in d. l. illis libertis, & in d. l. Seio.* 10. *Costa lib.* 2. *selectarũ, c.* 19. *n.* 3. & 4. ergo per mortem eius, in cuius persona debet adimpleri, nõ dicitur defecta cõditio, imò impleta, adhoc vt excurrat annua præstatio contra Barto.

Et si dicat aliquis, quod in nostra, *l. Mæuia.* 13. ideò etiam post prohibitionem ab hærede factam lucratur mercedem annuam Lucius Titius, quia tale legatum nõ solum

contemplatione nepotis, sed etiam contemplatione Lucij Titij relictũ fuit, qui officiosus steterat erga testatricem, in administrandis, & procurandis rebus, & negotijs suis, vt deprehenditur, ex illis verbis, ibi, *Lucio Titio viro bono, cuius obsequio gratias ago*, & ex illis, *omnemq; administrationem, rerum nepotis mei ad solicitudinẽ suam reuocauerit*. Verbum enim illud, *reuocauerit*, idem significat, & importat, quod iterum *assumpserit*, siue *retractauerit*, *l.7. §.generaliter, D.de except. rei iudicat.* Brisonio *teste de verbis iuris*, verbo, *reuoco*: ex quibus dici debet, Lucium Titium administratorem antea fuisse, & hoc legatum remunerationis vice factum, pro opera, impensa auiæ testatrici, & hac de causa etiã post prohibitionem ei deberi ex voluntate defunctæ, perinde, ac si adhuc administrasset, *vt in d.l.annua. 20.in princip. D. de annuis legat. in l. Gaio. 13.§.1.in l.Stichum.20. §. finali, D.de alimen. vel cibar. leg.l.1. C.de legatis.* Idem prorsus dici debet, *in d. l.Seio* 10. vbi annuum legatum non solum contemplatione filiorum, sed etiã contemplatione Seij relictum proponitur, & quasi remuneratorium, pro fide, & diligẽtia adhibita in procurandis, & gerendis negotijs testatricis, vt deprehenditur, ex illis verbis, *Seio amico meo fidelissimo, si voluerit, sicut meis negotijs interueniebat eodem modo, &c.* debuit ergo post mortem filiorum integros annuos senos aureos consequi, non habito respectu ad deminutionem laboris, sicut non habetur respectus, in nostra *l.Mæuia*, neque in *d. l.annua. 20.* cum similibus. Indiès accepit incrementum harum legum contrarietas.

2.Concilia tio Sarmiẽti. Aliam adducit cõciliationem Sarmientus, *lib. 8. selectarum ad ti.de leg. 2.in l. si quis Titio.17.in principio, D. eodem nu.4.* docens ideò, *in d.l.Seio.10.* mortuis duobus filijs, & eorum portionibus ad exteros transmissis, & ex hoc minuto Seij labore in administratione, minui etiam salarium, quia testatrix reliquit legatum Seio prosequens, & continuans contractum in via factum, cum eo, & ideò ex natura ipsius cõtractus, potiùs quam ex vltima voluntate commensurandam fore prædictam dispositionem, nam testatrix in vita annua pecunia Seij operam conduxerat, vt suis negotijs interueniret, & eadem pecunia moriẽs filiorum negotijs voluit interesse, & ideo ea conuentio nouiter facta non censetur, sed quæ antea facta fuerat in lõgum tempus extensa, atque prolata argumento *text. in l.sed si manente.5.D.de precario, l.item quæritur.15. §.qui impleto.11.D.locati*, initium enim inspici debet potius, quã quod nouiter actum est, *l.3.§.Socio.2.D. de minoribus*, neque hæc prorogatio, siue trãslatio, de persona in personam, ex eo quod fiat vltima volũtate amittet suam primæuam naturam, *text.in l.si cui legetur. 49.§. Iulianus.6. D.de leg. 1.* cui iunge Cuiacium, *lib.39.Digestorum salui* Iuliani ibidẽ, ex qua ratione voluit Sarmientus minui salarium, *in d.l.Seio.* 10. quia in hoc legato admixtus fuit cõtractus, & in cõtractu locationis deficientibus negotijs, aut minutis, minuitur salarium.

Sed parum fœliciter interpretatus est Sarmiento, quia præterquã diuinationem sapiat dicta conciliatio, conuincitur, primo ex nostra *l,Mæuiæ*, vbi etiam Mæuiam auiam in vita sua conduxisse certa pecunia operas Lucij Titij ad administrationem negotiorum suorũ (iuxta ea quæ supra proposuimus) dici debet, & testamento eadem pecunia nepotis sui rebus interesse volens, eum reconduxisse, legatum annuum relinquens, & quasi prosequens contractum in vita factum & nihilominus, sine labore, & sine administratione consequitur integrum legatum. Secundo conuincitur, Reijcitur.

tur, *ex l.qui operas.* 38. *§.aduocati.& ex l.sed addes.*19. *§.cum quidam, & §. diem functo,D.locati, l.*4. *D.de officio aßeßorum*, in quibus,qui operas locauit, si per eum non steterit quominus eas præstet integram mercedem consequitur, ergo male Sarmiento existimat prædictam dispositionē, *in d.l.Seio*, tanquam contra ctum esse computandam, & ideo minui mercedem, in contractibus enim locator (si per eum non stat quominus præstet operas) non amittit mercedem vti dictum est.

2. *obstat tx.inl.inte stamēto.*31 *D.decond. & dem.* Secundò aduersus nostram decisionem obstat obscurus *text. in l. in testamento.* 31. *D. de condit. & demonstrat.* vbi testator Stichum, & Pamphilam seruos testamēto suo manumisit, & centum sub ea conditione legauit. *Si in matrimonium coierint*, per hæc verba, *hæres meus ijs centum dare damnas esto*, mortuo testatore Stichus ante apertas tabulas testamenti decesit, quæsitum fuit, num Pamphila, quæ parata erat nubere Sticho, & parère conditioni consequatur legatum, cum per eā nō stet quominus adimpleatur, sed per fatum? Respondit Africanus partem Stichi defectam esse, & Pāphilam defectā conditione, & ideò partē eius Pamphilæ (scilicet) apud hæredem remansuram, idemque esse, si non duobus, sed vni legetur, veluti si Seio cētum relicta sint, sub ea conditione, *si Seiam duxerit vxorem*, nam si Titius moriatur ante apertas tabulas, nihil ad hæredem transmittet, & si Seia moriatur defectus conditione intelligitur, id est, nec viuus, nec mortuus, quid consequitur, quæ *l.* aperto marte repugnat, cum nostra *l.* & eius decisione, quia cum sit parata Pamphila nubere Sticho, & per eam non stet quominus adimpleat coniugij conditionem, non debet priuari legato, cum sit inculpata, & consequenter iniquum, emolumento legati carere, *d.l.Titia.*34.*§.si cōditione* 4.*D.de leg.*2. obscura etiam est, *d. l. in testamento.*31. quia legatum ibi nō Stichi solum, aut Pamphilæ solum contemplatione relictum fuit, sed vtriusque, vt constat ex illis verbis, ibi. *& si in matrimonio coierint*, ergo mortuo altero superstes consequi debuit legatum *iuxta text. in d. l.annua.*20.*in principio, D.de annuis legat.d.l.Stichum.*20.*§.finali, d.l. Gaio.* 13.*§.*1. *D. de aliment. vel cibar.legat. l.*1 *C.de leg.d.l.illis libertis*84.*D.de cōdition,& demonstrat.* tùm etiam quia ea conditio, *si Seiam duxerit vxorem*, si ea nolit nubere pro impleta habetur, cum per eum, nō steterit quo minus pareat conditioni, *l.*5.*§.item siqua conditio prope finem, D. quando dies legat.ced. l.*1. *C.de institut.& substitut.* quibus considerationibus obscurior redditur, *d. l.in testamēto.*31. circa quam licet more solito plura scripserit Costa, *in l.cum tale legatū.* 72. *§.si arbitratu, D. de condit.& demonstrat. limit.* 6. *à num.* 5. *cum seqq.* Cuiacius, *tractatu*2. *ad Africanum ad eandem l.ordinarij,in l.*1. *C.de inst. & substit.* tamen eius verba Sibyllæ folijs obcuriora videntur, quia *horrendas canit ambages, antroque remugit obscuris vera inuoluens*, I. C. Africanus.

Pro quorum iurium enodatione & nostræ disputationis intelligentia, quædam prænotanda sunt (ad muniendam viam) è quibus, quasi è cardine, tota nostri text. vertitur commentatio. Et primo sciendum est, conditiones in institutionibus, legatis, fideicommisis, tàm potestatiuas, quam casuales revera adimpleri deberi ad hoc, vt adiri posit hæreditas, vel legatum debeatur, *l. ei qui.*13. *D.de condit. institut. l.cedere diem.*113.*D.de verb.signif. l.vnica. §.sin autem, C. de caducis toll. l. cum quidam.*7. *prope finem. C.de condit. insertis, l.finali.C.de necessarijs seruis hæred.inst. d.l.*1. *C.de inst. & subst.* cum alijs. Mixtas vero quæ partim in arbitrio, & potestate nostra, partim *Primū notabile.*

in casu, & fortuna positæ sunt, interdum quamuis re vera impletæ non sint, pro impletis haberi, idest conditiones arbitrarias, seù potestatiuas, & conditiones casuales, non antea pro impletis haberi, quam si revera earum accedat implementũ; mixtas verò iuris quadam fictione pro implètis haberi. Si per eum qui vult adimplere non stet, quominus impleatur cõditio, notat Petrus PeKius, *in regula, cum non stat. 66. de reg. iuris, nu.* 8. Donellus ad Rubricam, *C. de institut. & subst. num.* 8. cuius rei desumit exemplum, *ex d. l.* 1. *C. de inst. & subst.* vbi mulier hæres instituta sub conditione, *si nupserit Seio*, Seiò recusante coniugium, hæreditatem acquirit, quia conditio pro impleta habetur, & habetur pro impleta, quia per eam non stetit: idem si cui legetur sub ea conditione, *si Seiam duxerit vxorem*, nam si ea noluerit nubere, statim dies legati cedit, quia per legatarium nõ stat, quominus impleatur conditio, sed per mulierem, *l.* 5. *§. item si qua conditio.* 5. *vers. sed & si ita, D. quando dies legati cedat.* Item si qua conditio apposita sit, quæ per legatarium nõ stet, quominus impleatur, sed per hæredem, aut eum, in cuius persona iussus est parère conditioni, veluti si quis iussus sit hæredi decẽ dare, vt consequatur legatum, & ipse hæres accipere nolit, *d. l.* 5. *§. item si qua conditio*: idem in nostra, *l. Mæuia.* 13. vbi conditio administrationis (quæ mixta est, tam posita in voluntate Lucij Titij, quam in voluntate hæredis) sub qua legatum relictum fuit, pro impleta habetur, & toto eo tempore, quo per eum non stetit, quominus administraret, lucratur salarium, vt ex eius contextura aperte deprehenditur, & hanc esse rationem decidendi ad nostrũ text. & ad similia iura docent communiter DD. supra relati.

Impugnatur ratio decidendi. Sed aduersus hanc communem rationem decidendi fortiter vrget sequens consideratio, quia cum lex imitetur naturam, *l. adoptio.* 16. *D. de adoption. §. minorem natu. Instit. eodem*, & ex hoc id solum, quod secundum naturam possibile est, fingere posit, non verò quod est impossibile, vnde furiosum consensum habere, minime fingit, quia secundum naturam non est possibile *l. qui ad certum.* 14. *D. locati. l. certe.* 6. *in principio, D. de precario*, mirum est, quo pacto quid impossibile fingat ius, in nostra specie, fingit enim impletam conditionem, quæ verè impleta non est, & hoc est fingere, quod per rerum naturam est impossibile. Scilicet quod sit factum quod nõdũ est factum, sicut enim est impossibile per rerum naturam factũ infectum fieri, *l. in bello.* 12. *§. facti.* 12 *D. de captiuis, & postlim. reuers.* ita est impossibile, quod re vera sit factum, quod re vera non est factum, ergo ratio decidendi, quę ad nostrũ *text. & similia iura* communiter assignatur (*quia scilicet pro impleta habetur conditio, quæ re vera non est impleta*) admitti non potest.

Cui dubitationi, vt satisfaciat, licet anxius existat Alciatus *in tractatu de præsumptionib⁹ in procem. c.* 1. *tamẽ ab ea se expediens, in l. si is qui pro emptore, num.* 21. *de vsucap.* docet legem non fingere impletam esse conditionem, & ideò non fingere super impossibili; sed effectus, & priuilegia rei veræ tribuere, & super implemento conditionis dispensare, ita vt qui impeditur adimplere, capiat, vel hæreditatem, vel legatũ, ac si re vera paruisset conditioni, ita PeKius, *in d. cap. cum non stat.* 66. *numero.* 7. *1. satisfit impugnationi.*

Et confirmatur ex eo, quia iura quę hãc fictionẽ inducunt, absolute, & simpliciter non affirmant impletam esse conditionem, sed haberi pro impleta, *d. l.* 5. *§. item si qua, D. quando dies legati cedat.* ibi, *quoniam pro impleta habetur*, & perinde haberi, ac si impleta fuisset, *l. iure Ciuili.* *2. satisfit impugnationi.*

24. D.

24. *D. de condit. & demonst.* ibi, *vt perinde habeatur, ac si impleta cōditio fuisset, d. c. cum non stat.* 66. & quasi extiterit conditio, *l. Iulianus.* 45. *D. eodē de condit. & demonst.* ibi, *quasi extiterit conditio,* & conditio impleta esse videatur, *l. cum pupillus.* 78. *D. eodem* ibi, *conditio impleta esse videtur*; quæ verba fictionem, & improprietatē denotāt, vt cōstat ex adductis à Brisonio, Prateio, Caluino, Hothoma. *de verbis iuris,* verbo, *quasi,* & verbo, *perinde.* Fatemur ergo, prædictā conditionem non re vera, & naturaliter impletam fuisse, fatemur etiam fictionem hanc mendacium esse, *l. denique.* 19. *D. ex quibus causis maiores.* Sed inductum à iure iusta, & necessaria causa, vt in alijs iuris fictionibus reperitur, quas, iusta & necessaria causa induxit ius, vt in exēplis, *l. qui in vtero.* 7. *l. qui in vtero.* 26 *D. de statu hominū,* & fictionis, *l. Corneliæ & postliminij*; de quibus Antonius Faber in iuris prudētia Papinianea, *tit. 4. princ. 3. & tit. 11. principio. 9. illatione. 10. & lib. 10. coniectur. c. 10.*

Ratio inducēdæ fictionis aducitur. Quæ autem fuerit iusta, & necessaria causa huius inducendæ fictionis, satis in obscuro est, quidquid enim dicatur, non est sine calumnia, nam si ea ratione, inductā fuisse hāc fictionem proponamus, quia ipse, cui hæreditas, vel legatum relinquitur, sub conditione paratus fuit parere, & per eum non stetit quominus adimpleretur conditio, & cum sit inculpatus, nec sit quid ei imputetur, æquum est, vt emolumento legati, hæreditatis, vel fideicommissi non priuetur, *d. l. Titia.* 34. *§. si ea.* 4. *D. de leg. 2.* hæc tamen ratio displicet, quia si cui legetur sub conditione, *si Seiam duxerit vxorem*, & Seia moriatur, quamuis paratus sit ducere vxorem, & per eum non stet, quamuis sit inculpatus, tamen priuatur legato, *l. in testamento.* 31. *D. de condit. & demonst. l. legatum.* 4. *C. de condit. insertis,* de quorum iuriū pugna, cum *l. qui ex fratribus* 24. *D. de condit. & demonst. & l. 2. §. si quis ita* 6. *D. de bonorum poss. secund. tabulas,* inferius agemus.

Reijcitur.

Vera ratio inducendæ fictionis tradītur. Vera ergo huius fictionis inducēdæ ratio est, mens & voluntas testatoris, quæ in conditionibus solum attenditur, *l. in cōditionibus 19. in princip. D. de condit. & demonstrat.* in conditionibus enim sola inspicitur voluntas, nec alia ratio, nisi voluntatis reddi potest, neque vt in dispositionibus requiritur causa, aut vt alicuius (id quod in ea positum sit) intersit, *vt in l. filius familias.* 114. *§. diui* 14. *D. de leg. 1. l. Titio centum.* 71. *in princip. D. de condit. & demonstrat.* ex quo fit, vt passim exempla conditionum reperiantur, quæ nullius sunt effectus, aut momenti; notat Sarmiento, *lib. 1. selectarum, c. 1. n. 5. & seqq.* Cum ergo voluntas sola regat conditiones, & ea dumtaxat attendatur in eis, quemadmodum iure naturæ inspecto debet adimpleri conditio, nec antea dispositio locum habet, quam impleatur (pēdet enim à libera voluntate disponentis, quam obseruari naturale est, vt docet Molina Theologus, *tomo. 1. de iust. & iure tractatu. 2. disp. 206. nu. 7.*) ita si constiterit eam esse disponētis voluntatem, vt si nō steterit per eum, cui iniungitur conditio (id est, qui iubetur aliquid facere, aut dare) quominus faciat, aut det, & paratus sit adimplere, pro impleta debet haberi, ad hoc, vt consequatur commodum, vel legati, vel fideicommissi, vel hęreditatis, & eā esse disponentis voluntatem, cognoscimus ex eo, quod contrarium non disposuit. Ex præsumpta ergo voluntate disponentis, pro impleta habetur cōditio, & hæc præsumptio æquitate nititur: æquū enim est, vt volenti parere conditioni, succurratur, & ne sit in voluntate eius, cuius interest, non adimpleri, impedimentum apponere, & eo malo animo fraudare emolumento legati, Ita docet eleganter Petrus Pekius, in

in d.c.cum non stat.66.nu.7.Costa,in d. §. si arbitratu à num. 15. cum sequentibus.

Secundum notabile.

Secundo sciendum est, hanc conditionem pro impleta haberi, non si à quocunque eius implementum impediatur, sed si impediatur ab eo *cuius interest non adimpleri, l.in iure Ciuili.161.D.de reg. iuris,* interest autẽ non adimpleri conditionem eius, qui impleta conditione futurus est debitor, *l.Iulius Paulus 81. §.finali, D.de condit.& demonst.* vt in exẽplo *text.in l.3.§.non solum.3.D.de statu liberis,* vbi si hæres iussus sit seruum manumittere sub ea conditione, si seruus decem dederit, aut si in Capitulium ascenderit, vel sub conditione, si Capuæ, vel Salmanticæ dederit, si hæres prohibeat dare, vel vetet Capitolium ascendere, vel Capuam, seù Salmanticam ire, prohibeat, conditio pro impleta habetur, & ita consequitur libertatem perinde, ac si paruisset conditioni, quia per eum stetit, cuius interest non adimpleri conditionem, idest hæredem, qui impleta conditione, amittit seruum simile exemplum, *in l.si hæreditas 28.in principio,& in d. l.3.§.si quis hæredi.11.D.de statu lib.* Vbi pro impleta habetur conditio, & fauore libertatis, & quia paratus est ipse adimplere.

Pugnat, l in iure ciuili. 161. D. de reg. iur. cum l. iure ciuili 24. D. de cond.& demonst.

Obstat tamen difficilis *text. in l. iure Ciuili.24.D. de condit.& demonstrat.* vbi conditio pro impleta habetur, quamuis nõ stet per eum, cuius interest non adimpleri, sed per eum, cuius interest impleri, ibi *iure ciuili receptum est, quoties per eum, cuius interest, conditionem impleri, fit, quominus impleatur, vt perinde habeatur, ac si impleta conditio fuißet,* quæ verba præter quam cõtraria sint verbis, *d.l.in iure ciuili.161.D.de reg.iuris,* ibi, *in iure ciuili receptum est: quoties per eum, cuius interest conditionem non impleri fiat, quominus impleatur perinde haberi, ac si impleta conditio fuißet* etiam infirmant, & impugnant decisionem, *text.in d. l.Iulius Paulus. 81.§.finali, D.eodem de condit.& demonst.* ibi, *tum demum pro impleta habetur conditio, cum per eum stat,* qui si *impleta eßet debiturus erat.* Infirmãt etiam rationem, qua fictio hæc est inducta, scilicet ne sit, in potestate eius, qui futurus est debitor priuare legatarium commodo legati, & maius quoddã, & ingentius incõueniẽs probãt adducta verba, *d.l.in re ciuili.24.* scilicet posse hæredem, vel legatarium, hæreditatem, aut legatum acquirere, sine implemento conditionis, nam si (per eum, cuius interest conditionem impleri, fiat, quominus impleatur) perinde habetur, ac si impleta fuisset, in voluntate, ergo eius (cui iniuncta est conditio) relinquitur, parêre, vel nõ parêre, nam posito per eum impedimento, idem erit, ac si paruisset, quod absonum est, & contra innumera Iure Consultorum Responsa, *l.ei qui 13.D.de condit. inst.l.cedere diem.113.D.de verb.sign.l.vnica.§.sin autem, C.de caducis tollend.l. finali, C. de neceßarijs seruis hæred. inst. l. cum quidam, C.de conditionibus insertis, l.1. C.de inst.& subst.* quibus & alijs innumeris probatur, parendum esse cõditioni, & eius implementum expectandum, neque in potestate eius esse, cuius interest impleri conditionem, acquirere ante implementum.

1. Conciliatio.

Pro quibus iuribus componẽdis nimium vexantur, & laborant interpretes. Varij varia adducunt, alij nanque credunt mendosam esse literam textus, *in d.l. iure ciuili.24.D. de condit.& demonst.* & ibi deesse negationem, quæ addẽda est, ita vt legatur, hoc ordine *iure ciuili receptũ est, quoties per eum cuius interest, conditionem non impleri, &c.* ita emendãtes componunt, *cum d. l.in iure ciuili Hothomanus, lib.5.obseruat.c.8. Antonius Augustinus, lib.4. emendat.cap.17* Iacobus Cuiacius, *lib.55. Digestorum Salui Iuliani, in d. l. in iure ciuili. 24.*

Gifa-

Gifanius, *in l. in executione. 85. §. finali, n. 15.* Sed hæc emẽdatio displicet, exosus enim semper fui correctiones & emendationes legũ. Nulla enim, tam aperta tamque ingens cõtrarietas legum reperiri potest, quę facillime nõ tollatur, si Chirurgi manus apponatur; iaceat pandectarũ lectio, vt iacuit per tempora, & annos, & ea retenta interpretemur, *hic labor, hic opus.*

Secunda cõciliatio. Gotophredus verò credens ordinem litteræ inuersum esse restituit in notis, ad *d. l. in iure ciuili. 161.* & verbum illud, *non*, transponit post verbum, *impleri*, & ita legit. *quoties per eum, cuius interest conditionem impleri, non fiat quominus conditio impleatur, &c.* intelligens, per eum, cuius interest impleri conditionem, legatarium, aliumvè conditione oneratum, cui scilicet aliquid relinquitur, sub aliqua conditione mixta, cuius implementum, si per eum stet, quominus fiat, pro impleta habetur, & confirmat per text. *in l. 3. §. non solum. 10. in fine, & in l. si hæreditas. 28. in princip. D. de statu lib. c. imputari. 41. c. cum non stat per eum. 66. de reg. iuris. lib. 6.* qua inuersione, & sensu, non pugnat, cum *d. l. iure ciuili. 24.*

Reÿcitur. Sed hæc interpretatio duplici ratione conuincitur. Prima quia eodem morbo laborat, quo superior: continet, enim emendationem, nec quid addere, vel detrahere, vel inuertere debemus, ex probata lectione pandectarum, quicquid velit Antonius Faber *suis in libris.* Secũda quia non congrua sententia elicitur, ex ea, non enim sufficit, ad hoc vt conditio pro impleta habeatur, quod per eum, qui debet adimplere, & cuius interest adimpleri non stet, quominus adimpleatur, sed amplius requiritur, vt stet per eum, qui futurus est debitor impleta conditione, vel per eum, in cuius persona impleri debet, docet Donellus, *d. lib. 8. comm. c. 34.*

Quibus duabus reiectis solutionibus, & alia Duar. *ad tit. D. de condit. institut. c. 6.* prope finem, dicendum est, *vtranque legem veram esse*, nihil eis addendum, vel detrahendum, vel inuertendum fore. Condítio enim mixta (quę scilicet ex facto vnius, & volũtate alterius pendet) dupliciter pro impleta habetur, vt colligitur, ex *ex l. 5. §. 5. D. quando dies legat. cedat.* ibi. Primo quoties per eum, cuius interest nõ impleri steterit quominus impleatur, cuius regula proponitur, *in d. l. in iure ciuili*, ibi. Cuius rei exemplum, eius scilicet, *cuius interest non adimpleri* reperies in hærede, à quo relictum est legatum sub conditione, qua impleta futurus est debitor, & ideò eius interest non adimpleri, *d. l. Iulius Paulus. 81. in fine, D. de condit. & demonst. l. Titia. 54. §. si ea D. de leg. 2.* vbi fideicommissum liberto relictum fuit sub conditione morandi cum filio testatoris, & per tutores factum est, quominus libertus conditionem impleret, & quia per tutores eius, qui futurus est debitor impleta conditione, fit quominus conditio impleatur, pro impleta habetur, idem *in l. qui filium. 22. D. de manumißis testamento. iuncto* Cuiacio ibidem, *tractatu. 9. ad* Africanum idem, *in l. cum pupillus. 78. in principio, D. de condit. & demonstr.*

Cõciliatur l. iure ciuili. 24. D. de cond. & demonst. cũ l. in iure ciuili. 161. D. de reg. iuris.

Secundò pro impleta habetur conditio, quoties per eum, cuius interest impleri steterit, quominus impleatur, cuius regula proponitur, *in d. l. iure ciuili. 24.* cuius rei exemplum reperies, in eo, in cuius persona parendum est conditioni, veluti si Titio legatus sit fundus, sub conditione si Sempronio (qui non est hæres) centum daret, si legatarius Sempronio offerat pecuniam, & ipse Sempronius accipere, renuat, per eum, cuius interest conditionẽ impleri, stat, quominus impleatur, interest enim eius, quia in persona sua parendum est conditioni, & ita

pro impleta habetur, *l.5. §. itē siqua conditio, D. quando dies legati cedat,* ibi, *aut per eius personam in cuius persona iussus est parere conditioni,* & vtrūque modum duabus ijs legibus cōprehensum cōplexatur I.C. Vlpianus, *in d.l.5.§.5. D. quando dies legati cedat,* ibi, *item siqua conditio sit, quæ per legatariū non stat, quominus impleatur, sed, aut per hæredem, aut per eius personam, in cuius persona iussus est parere cōditioni,* dies legati cedit: quoniā pro impleta habetur, quam concordiam omnium optimam tradit Donellus, *lib.8.comm.c.34.*

Infertur primo. Ex quibus infero quod (ad hoc vt pro impleta habeatur conditio) nō sufficit, per eum non stare, qui debuit adimplere quominus adimpleretur, & paratum esse ad parendū, sed vlterius requiritur, vt altero ex his duobus modis impediatur, vel per eum scilicet, cuius interest conditionem non adimpleri, vel per eum, cuius interest conditionem adimpleri: alio enim modo vel per alium, impeditus adimplere, veluti morte, non habetur pro impleta conditio, *l. in testamento.31 cum similibus, D.de condit.& demonst.* de quibus, in secunda conclusione agemus: docet Donellus, *d. lib. 8. cap.34.*

Explicatur nostra l. Mæuia. 13. Secundo infero interpretationē ad nostrum text. ideò enim Lucius Titius eo tempore, quo non administrauerat consequitur annuum legatum, quia per eum stetit, cuius interest conditionem non impleri. Publium Mæuium scilicet hæredē, qui impleta cōditione futurus erat debitor, idest præstare debebat annuam mercedem.

L.3. Ded. cōdit. institut. Tertiò infero interpretationem ad varia iura, & primo ad text. *in l. 3. D.de condit.instit.* vbi hæres scriptus sub ea conditione, *si decem dederit,* si accipere nolit is, cui dare iussus est, pro impleta conditio habetur, quia per eum, cuius interest adimpleri stat quominus impleatur, iuncta, *d. l.5. §. 5. D. quando dies legati cedat.*

Explicatur l. siquis testamēto. 11. D. de condit. institut. Secundò interpretor text. *in l. si quis testamēto. 11. D. eodē.* vbi filius à patre hæres institutus. Sub ea cōditione, *filius meus si Titium adoptauerit hæres esto, si non adoptauerit exhæres esto* filio adoptare parato, si Titius nolit se adrogandum dare, erit filius hæres, quasi expleta conditione, & ratio est, quia is, in cuius persona adimplenda est conditio mixta recusat, is scilicet, cuius interest impleri.

Pugnat cū l. vxorem. 41. §. eius hæres. 8. D. de leg.3 Sed obstat obscurus text. *in l. vxorem. 41. §. eius hæres. 8. D. de leg. 3.* vbi quis hæres institutus est, aut cui legatum relictum est, & rogatus, *si Titiū adoptauerit,* & postea hæc verba adiecta sunt, *si alias fecerit exhæres esto, vel perdat legatum,* quæsitum fuit, an sit parendum conditioni, & si nō pareatur, an competat ei, qui adoptatus non est, actio quædam ex fideicommisso ad hoc, vt adoptetur? Respondet Scæuola fideicommissum quo quis rogatur, vt adoptet ratum non esse, quod responsum obscurum est: pugnat enim, cum *d. l. siquis testamento. 11. D. de condit inst.* vbi institutio filij facta sub cōditione *adoptandi* valet, & si dicas, ideò fideicōmissum non valere, *in d. §. eius hæres 8.* ad hoc, vt competat actio adoptando, aduersus hæredem, vel legatarium, vt adoptet; ne ei inuito suus hæres agnascatur, quod fieri non debet text. *in §. sed siquis. 7. inst. de adoptionibus,* ibi, *ne ei inuito suus hæres agnascatur, iuncta l. cum nepos. 6. l. si is qui. 11. D. eodem.* Idem inconueniēs reperitur, *in d. l. siquis testamento. 11.* & nihilominus valet institutio. *Prima interpretatio.*

Vera interpretatio. Circa quam dubitationem plura subtiliter scripsit Costa, *lib.1. selectarum c.13.* circa interpretationē *d. l. vxorem. 41. §. eius hæres,* quē adeat qui volet longius examen inuenire. Nos vero breuiter, cum Donello, *lib.8. comm. c.12.* dicimus, ideò fideicommissum non valere quia cogi

gi non potest fideicommissarius factum adimplere, quod ei iniunctũ fuit, id enim euenit, toties quoties factum est inæstimabile, veluti si quis hæres instituatur, aut quid ei relinquatur, & rogetur filios emancipare, tunc enim ad factum illud cogi non potest, potestas enim patria inæstimabilis res est, ita decisum inuenitur, *in l. filius familias.* 114 *§. sed si liberos* 8. *D. de leg.* 1. *l. si cui.* 92. *in principio, D. de condit. & demonst.* ita si rogetur adoptare aliquem eadem ratione nõ valet fideicommissum, *in d. §. eius hæres.* Si tamen pater agnouit, id quod sibi relictũ est contemplatione emancipationis liberorum, vel adoptionis, cogẽdus est emancipare, vel adoptare, ne circumueniatur testatoris voluntas, & hæc coactio extraordinario iure fit *d. l. si cui.* 92. *in principio,* (idest authoritate Principis) non vero iure ordinario, de quo est intelligendus text. *in d. l. filius familias* 114. *§. sed & si liberos* 8. quæ iura hac distinctione conciliantur à Cuiatio, *lib.* 9. Responsa. Papinian, *in d. l. si cui.* 92. Donello, *d. lib.* 8. *c.* 12. at verò, *in d. l. si quis testamento.* 11. filius sub conditione adoptandi institutus fuit, & ideo valet institutio, quia quamuis talis conditio mixta sit, tàm ex voluntate filij, quam ex voluntate Titij pendens, tamen eius voluntas tãtum spectatur, eo enim volente, & parato adoptare, Titio vero recusante, pro impleta habetur, ex quo potius potestatiua dici debet ea cõditio, ne obstet, *l. suus* 4. *in principio, D. de hæred. inst.* & in eius defectum exhæredatus fuit. Sed *in d. l. vxorem* 41. *§. eius hæres, D. de leg.* 3. non fuit institutio facta, vel legatum relictũ sub conditione, si adoptauerit, ita Cuiacius in Commentarijs, ad *tit. D. de condit. inst. in d. l. si quis testamento.* 11.

Cõciliatur l. si cui. 92. *in pr. D. de cond. & de monst. cũ l. filius famil.* 114. *§. sed & si liberos.* 8. *D. de leg.* 1

Cõciliatur l. si quis testamẽto. 11 *D. de cõd. inst. cum l. vxorẽ.* 41. *§. eius hæres.* 8. *D. de leg.* 3.

Explicatur l. Titi⁹ 14. *D. de cond. & de monst.*

Tertio interpretor, *l. Titius.* 14. *D. de condit. & demonst.* vbi Titius hęres institutus sub conditione, si statuas in municipio posuerit, si paratus sit ponere, sed locus à municipibus ei datus non fuerit, pro impleta habetur conditio, & ratio est, quia per eum, cuius interest conditionẽ impleri, stetit (idest municipes) quominus impleatur, ad municipes enim pertinet locum cõcedere in publico, vbi ponantur imagines, & statuæ, quæ ornamenta Reipublicæ sunt futuræ, *l.* 2. *D. de loco publico,* non enim cuique arbitrio suo statuas ponere in municipio licet. Primùm enim locus ponendis statuis in municipijs à Duũviris, & decurionibus est impetrandus inquit Seneca, *lib.* 4. *de beneficijs,* vnde ea cõditio pro impleta habetur ex voluntate defuncti, qui voluit Titium hæredẽ facere, si modo posset impetrare locum, docet Reuardus, *in l. in ambiguis* 96. *D. de reg. iuris.*

Quartò ex eodem filo pendet interpretatio text. in *l. qui operas* 38. *§. aduocati, D. locati. iuncta l.* 1. *§. diuus.* 13. *D. de varijs, & extraordinarijs cog.* in cuius specie aduocatus, qui operas suas locauit, & honoraria accepit, pro causæ defensione, si per eũ non stetit, quominus causam agat, sed per clientem, qui vel transegit, vel liti renuntiauit, pro impleta habetur conditio (vel vt melius dixerim, causa ob quam pecunia data est pro sequuta habetur) & ideò non est cogendus honoraria reddere, neque mortuo aduocato mercedes ab eius hæredibus repeti possũt, *d. l.* 1. *§ diuus,* similis species reperitur, *in l. fin. C. de conditione ob causam datorũ.*

Explicatur, l. qui operas 38. *§. aduocati, D. locati.*

Vltimo ex hac ratione accipiunt lucem innumera IureConsultorũ responsa, Cæsarum oracula, & Pontificum decreta, tàm in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus. Tùm ea quæ in confirmationem adduximus, tùm quæ nouiter adducimus, *l.* 2. *C. de ijs qui propter metum iudicis non appellauerunt, l. cum quidam.* 7. *C. de conditionibus insertis, l.* 1. *§. si reus, D. de eo per quem factum est, quominus*

Explicantur varia iura.

minus quis in iuditio sistat, l. cum quidã 17. §. si pupillo. 3. D. de vsuris, l. debitor vsurarius. 7. D. eodem l. penultima, D. de nautico fœnore, l. vltima. C. de pignoratitia actione, l. si opera. 6. D. de doli mali, & metus except. l. finali, C. de necessarijs seruis hered. inst. cum alijs pluribus adductis, à Petro Fabro, *in d. l. in omnibus. 39. de regulis.*

Et hæc breuiter de prima conclusione dicta sufficiant. Secunda vero cõclusio complectetur, conditionem, quæ fortuito casu nequit, adimpleri, quæ non habetur, pro completa, sed defecta, & sequentibus verbis concipitur.

Secunda cõclusio.

Conditio mixta, quæ fortuito casu nequit, adimpleri, non habetur, pro impleta, sed defecta.

Confirmant hanc conclusionem, *text. in l. in testamento. 31. l. Titio. 71. §. finali,* versic. *ante nuptias, l. cum ita 94. in pr.* versic. *diuersa causa, D. de cõdit. & demonst. l. legatum. 4. C. de conditionibus insertis, l. Seio. 10. D. de annuis legatis. l. vltima, D. de cond. causa data, causa non sequuta, l. ex conducto. 15.* aliàs incipit Papinianus. *§. item cum quidam. 6. l. si fundus 33. D. locati. l. si militem. 5. l. cum ancillam. 6. C. de cond. causa data, causa non sequuta,* docent præter ordinarios in dictis iuribus, & *in d. l. 1. C. de institutionibus, & substitut.* Donellus, *in d. l. 1. C. de institutionibus, & substitut. à nu. 6. cum sequentibus, & lib. 8. commentar. c. 34. & libro. 14. comment. cap. 21. & in commentarijs ad libros Codicis, in l. penult. C. de cond. ob causam datorum,* Gilchenius, *in d. l. 1. C. de institut. & substit. à num. 4. cum sequentibus,* Cuiacius, *in d. l. 1. C. de institut. & substitut. & in l. in omnibus. 39. D. de regulis iuris,* idem Cuiacius, *lib. 17. obseruat. cap. 21* Gifanius, *in l. legatum. 4. C. de institut. & substit.* Medices *in tractatu de casibus fortuitis, prima parte, q. 12. cum sequentibus.*

L. inde Neratius. 23. §. item Iulianus. 2. D. ad l. Aquiliam.

Cuius cõclusionis exemplum sit, veluti si quis hæres scribatur, vel si cui legatum relinquatur, sub conditione, si Seiam duxerit vxorem, vel Stichum manumiserit. Et Seia præmoriatur, vel Stichus obeat, non habetur, pro impleta conditio, sed pro defecta, & ideò deficit legatum aut hæreditas, *d. l. legatum. 4. C. de condition. insertis, d. l. in testamento. 31. l. cum ita. 94.* vers. *diuersa, in fine, D. de condit. & demonst.*

1. argumẽtum.

Sed difficile argumentum obstat, quia nihil interest, an is, in cuius persona adimplenda est, conditio, recuset, an vero moriatur, nam si recusante, eo pro impleta habetur eo mortuo, similiter debet, pro impleta haberi, vtroque enim modo, per legatarium, vel hæredem non stat, quominus conditio impleatur.

Cui difficultati respondet, Donellus, *d. lib. 8. commentar. cap. 34.* ex voluntate defuncti, defectam fuisse conditionem, casu fortuito, quia testator voluit, quod satisfieret, ab eo, cui iniuncta fuit, prædicta conditio: satisfit autem, vel solutione, vel oblatione pecuniæ, mortuo verò eo, in cuius persona adimplenda fuit conditio, minime satisfactũ ei, dici potest, quia eum recusare, dici, nequit, diuersus ergo est effectus noluntatis, & impotentiæ, *l. pater Seuerinam. 101. D. de condit. & demonstrat.* in cuius text. specie, pater filiæ prædium reliquit, si Philippo nupsisset, & verbis fideicommissi, idem prędium Philippo dari voluit, si filia non nupsisset, mortua filia nondum viri potente conditio fideicommissi, defecta dicitur, non vero impleta, quamuis per legatarium, non steterit, quominus adimpleretur, quia verba illa, *si non nupsisset,* ad nolũtatẽ referri voluit testator, non vero ad impotentiam.

Explicatur l. pater Seuerinam 101. de cõdit. & demonstr.

Hinc

Explicatur l. in testamēto 31 D. de cōd. & demonſ.

Hinc accipit lucem text, aliàs obſcurus, *in l. in teſtamento. 31. D. de cond. & demonſtrat.* quod ſupra aduerſus primam concluſionem propoſuimus, non ergo idem eſt noluntatis, & impotentiæ effectus, vt deprehenditur non ſolum, ex exemplo noſtro, ex noluntate enim pro impleta habetur conditio, ex impotentia verò pro defecta vti dictum eſt. Verum etiam in alijs iuris locis, *l. ſiquis in graui. 3. in princip. D. ad S.C. Syllanianum*, vbi diſtinguitur ſeruus, qui valetudine adfectus non potuit domino opem ferre, & qui noluit, vt is torturæ ſubiiciatur, ille vero non, aliud exemplum, *in l. pen. D. quando dies legati cedat*, cum alijs pluribus, docent communiter interpretes, *in d. l. pater Seuerinam, & in l. 1. D. de vulgari*, plures quos recenſuit *Pichardus in princ. inſt. eodem à num. 4.*

Interpretatur, l. in teſtamēto 31 D. de condit. & demonſt.

Hinc interpretor textum, *in d. l. in teſtamento. 31. D. de condition. & demonſtr.* quem ſupra aduerſus primā concluſionem propoſuimus, vbi duobus ſeruis, Sticho ſcilicet, & Pāphilæ libertas, & legatum à domino relicta ſunt, legatum, inquam ſub ea conditione, *ſi in matrimonio coierint*, Sticho ante apertas tabulas mortuo legatum intercidit, ideſt caducum efficitur, quia mortuo eo, cui legatum ſub conditione relinquitur, intercidit legatum, vt ad leges caducarias ſcribens Vlpianus ait, in *l. intercidit. 59. D. de conditio. & demonſtr.* efficitur autem legatum caducum in hac ſpecie, nō in totum, ſed pro parte duntaxat Stichi, pars vero Pāphilæ efficitur inutilis, ideſt remanet apud heredem. Ratio autem, ob quam, nec vtraque pars fiat caduca, nec vtraque fiat inutilis, ideſt, cur totum legatum, vel apud heredem non maneat, vel totum caducum non efficiatur, ea eſt, quia morte tantum legatarij, aut ſeruitute, defecto legato leges caducariæ locum habēt, *d. l. intercidit. 59.* docet Vlpianus *in fragmentis titulo de caducis*, & ideò pro Stichi tantum parte caducum, inutile vero, pro parte tātū Pamphilæ efficitur, quia defecta eſt conditione Pamphila, teſtator enim matrimonij contemplatione alteri propter alterum legauit, & fatum impedimento fuit nuptijs, ſimilis deciſio, in *l. 4. C. de condition. inſertis, & in l. Titio. 71. §. Titio genero*, verſic. *ante nuptias, D. de condit. & demonſt.* ſi vero vtriuſque contemplatione legatum eſſet, etiam altero mortuo deberetur legatum, vt in *l. annua. 20. in principio. D. de annuis legatis, & in l. Gaiō. 13. §. 1. & in l. Stichum. 20. §. fin. D. de alimētis, & cibarijs legatis*, de quorum cōcordia, cum *l. illis libertis. 84. in fine, D. de condition. & demonſtra.* Donellus, *ad l. 1. C. de inſtitut. & ſubſtitutio. à nu. 6. cum ſequentibus*, & nos ſupra egimus, ita interpretantur, *d. l. in teſtamento. 31.* Cuia. *tractatu. 2. ad Africanum* Coſta, *in l. cum tale legatū 72. §. ſi arbitratu, D. de conditio. & demonſtr. limitatione. 6. à num. 5. cum ſequentibus*, Benedictus Pinelus, *lib. 2. ſelectarum à nu. 14. cum ſequentibus, & per totum caput. 5.*

Explicatur l. filiæ. 28. in pri. D. de cōd. & demōſt.

Et ſi obijciat aliquis textum, *in l. filiæ. 28. in princ. D. de condit. & demonſtr. & in l. turpia legata. 54. §. 1. de legatis. 1.* vbi proponit IurisConſultus quod pater filiæ ſuæ ita legauit, *ſi Attia filia mea arbitratu* Lucij Titij *nupſerit, ei tot hæres meus dato*, Titio mortuo (in cuius perſona adimplēda erat conditio) ideſt, cuius arbitratu nuptię contrahendæ fuerant) pro impleta habetur, & ita debetur legatum. Obſerua diſcrimen eſſe inter mortem eius, in cuius perſona adimplenda eſt conditio, quæ cōtingit ante mortem, vel poſt mortem teſtatoris. Nam ſiquis ita dixerit, *Seio centum do, lego, ſi Pamphilam duxerit vxorem*, hoc in caſu mortua Pamphila poſt mortem teſtatoris, non debetur legatū, ea ratione, quia defecta eſt conditio, *d. l. in teſtamento. 31.*

to. 31. d. l. 4. C. de conditio. insertis, d. l. Titio. 71. §. Titio genero, versic. *ante nuptias, D. de condition. & demonstra.* mortuo verò ante testatorem non est defecta conditio, & ideò debetur legatum, vt *in d. l. filiæ. 28.* cuius ratio est, quia conditio hæc, coniugij ineũdi, est promiscua, seu potestatiua, cõditiones verò promiscuas non oportet impleri, nisi post mortem testatoris, *l. 2. l. si iam facta. 11. §. 1. D. de condit. & demonstrat. iuncta l. conditio. 10. & l. conditionum. 91. D. eodem. quibus iunge* Donellum, *lib. 8. commentar. c. 33.* Cuiacium *lib. 14. obseruat. c. 2.* quod discrimen, inter tẽpus mortis eius, in cuius persona adimplenda est conditio, traddunt, Cuiatius, *lib. 17. obseruat. c. 22.* Gifanius, *in l. 4. C. de condit. insertis*, hac distinctione varia iura interpretantes. De hac conditione matrimonij ineundi plura scripserunt, ad interpretationem plurium iurium, & quæstionum Thomas Sanchez, *lib. 1. de matrim. disput. 33.* Molina Theologus *de iustitia & iure, tomo. 1. tractatu. 2. disputat. 207.* Costa, *in §. si arbitratu limitat. 6. per totã*, Benedictus Pinellus, *d. lib. 2. selectar. cap. 5. per totum.*

L. quæ sub conditione §. mortuo. 7. D. de cõdit. instit. pugnat, cũ l. inde Neratius. 23. §. idem Iulianus. D. ad l. Aqui.

Sed obstat aduersus conclusionẽ nostram text. obscurus, in *l. quæ sub conditione. 8. §. mortuo. 7. D. de condit. instit.* in cuius text. specie, mortuo eo, in cuius persona adimplenda est conditio, nõ dicitur defecta, sed impleta, cuius species ita figuratur. Instituit hæredem Titium sub conditione, si manumiserit suũ seruũ Stichum, vel iurasset, se manumissurum, mortuo Sticho, viuo testatore non est defecta conditio, sed impleta, & cum conditio manumittendi, promiscua sit, & potestatiua, quæ non nisi post mortem testatoris debuit adimpleri, mirum est, quo pacto pro impleta habeatur, quæ *l.* pugnat ex diametro, *cum l. inde* Neratius. *23. §. idem* Iulianus. *1. D. ad legem Aquiliam*, in cuius tex. specie, quidam institutus sub conditione, si Stichum seruum suum manumiserit, & Stichus occisus fuit, post morte testatoris, & propter occisione defecta fuit conditio, quæ iura adeo obscura sunt, vt in eorum compositione fluctuent, & laborent interpretes. Tum antiqui, tum iuniores, quorũ omniũ interpretationibus reiectis, dicendum est verũ esse mortuo Sticho deficiconditionem vt, *in dict. l. inde Neratius 23. §. idem Iulianus 2.* nec probare contrarium text. *in d. l. quæ sub conditione. 8. §. mortuo D. de conditionibus inst.* ibi enim non fuit hæres institutus sub cõditione, si seruum suum Stichum manumisserit, sed sub cõditione, si iurasset se manumissurum, vt ex eiusdem legis verbis deprehenditur, ibi, *si iuraßet se Stichum manumißurum, &c.* quæ conditio iuris iurandi remittitur à pretore iuxta text. *in d. l. quæ sub conditione in principio, D. de condition. instit. l. non dubitamus. 20. D. de cond. & demonstrat. l. 5. §. sed si ea conditio. 3. D. quando dies legat. cedat, l. si à milite. 19. §. edictum. 2. D. de militari testamento*, sublata ergo prædicta conditione iurisiurandi, remanet pura institutio, *in d. l. quæ sub conditione. §. mortuo*, ita docet Consultus, *in d. l. 5. §. sed si ea conditio. 3. D. quando dies lega.* Et quamuis pura maneat institutio, debet quidem hæres manumittere, si potest, & ad hoc cogendus erit, vnde si non potest, hereditas ei non aufertur, vt *in l. si fundum. 92. §. si Titio. 1. D. de legatis 1.* vbi pecunia legata fuit Titio, si seruum alienum comparauerit, & manumitteret, si dominus eum vendere noluerit, nihilominus legatum capit, nam & si mortuus esset seruus, à legato non submoueretur. Ita docet Donellus, *lib. 8. comment. c. 34.* Et si dicas, quod *in d. §. mortuo.* conditionis fit mentio, obserua, quod verbum illud, conditio tantum denotat, teneri heredem manumittere, &

& ad hoc cogi posse, non tanquam sub conditione, sed tãquam sub modo, facit. *l. 1. C. de his, quæ sub modo,* docet Donellus, *d. c. 34.*

Vltimo aduersus nostram conclusionem obstat text. *in l. vter ex fratribus 23. l. qui ex fratribus 24. D. de condit. instit. l. 2. §. si quis ita, D. de bonor. posses. secund. tabulas,* de quorum iurium concordia, & intelligentia omnium optime Benedictus Pinelus, *lib. 2. select. c. 5. per totum,* Petrus Gilchenius, *in l. 1. C. de inst. & substit. n. 19.* vbi communiter DD. ad quos fit remissio.

L. vter ex fratribus. 23. l. qui ex fratribus. 24. D. de cond. inst.

Tertia & vltima conclusio, quæ ex nostra, *l. Mauia in fine,* deducitur talis est.

Si culpa eius, qui debet implere conditionem, fiat quominus impleatur, non habetur pro impleta.

Tertia conclusio.

Hucusque clepsydra dedit, nec amplius diurnare passa fuit.

FINIS.